Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



300 348

et innocens inpollutus segregatus a peccatoribus
et excelsior celis factus: qui non habet cotidie
necessitatem quemadmodum sacerdotes primum
pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populo. Hoc
enim fecit semel se offerendo dns in his ipsis. Ad
Fratres Omnis pontifex ex hominibus hebreos
assumptus: in his que sunt ad deum: ut offerat dona et sacrificia pro peccatis: qui con
dolere possit his qui ignorant et errant quoniam
et ipse circumdatus est infirmitate: et propterea
debet quemadmodum pro eis ita etiam pro semet ipso
offerre peccatis. Nec quisquam sibi sumit
honorem. sed qui vocatur a deo tamquam
aaron. Sic et xpus non semetipsum clarificavit
ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum
filius meus es tu ego hodie genui te: quemad
modum et in alio loco dicit Tu es sacerdos in
eternum secundum ordinem melchisedech. Lectio
Hec dicit dns Sancti Malachie prophete
qui missi ad nos mandatum istud ut esset
pactum meum cum levi: dicit dns exercituum
Pactum meum cum eo vite et pacis. Et dedi ei timo
rem et timuit me: a facie nominis mei pavebit
Lex veritatis fuit in ore eius: et iniquitas
non est inventa in labiis eius. In pace et aequi
tate ambulavit mecum: et multos avertit
ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt
scientiam: et legem requirent ex ore eius
quia angelus dni exercituum est. Ad hebreos
Fratres Obtrivimus vasis et peregrinis
nolite abduci. Optimum enim gra